

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7275

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Victor-l'Abbaye, Saint-Victor-en-Caux (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1177-1182]

Lieu d'émission : Lillebonne

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens et des franchises de l'abbaye de Saint-Victor-en-Caux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1106.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXCVI, t. 2, p. 193-195.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 194. Souscription de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. Henri II n'a pas été en Normandie pendant les premiers mois de 1183. Gautier apparaît comme « sigillifer regis » en 1177 ; le fait qu'il souscrit au-dessous du chancelier, et avant les autres témoins indique qu'il était déjà en cette fonction.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie Sancti Victoris martiris et monachis ibidem Deo servientibus omnes donationes que eis facte sunt et confirmate cartis omnium donatorum suorum, regum scilicet, comitum et baronum, et omnium dominorum et amicorum suorum. Do etiam et concedo predictae abbatie in propriis rebus, et manupastui ejus, libertates et quietancias de passagio, theloneo et omni servili condicione, per totam terram meam, cis mare et ultra, scilicet in portibus maris et in portibus Secane, et in civitate Rothomagensi quitanciam de theloneo et de modicione et de omnibus aliis consuetudinibus. Precipio etiam ut habeant satis ad necessaria de foresta de Alwi (sic), mortuum boscum ubicumque invenerint, sed quia sepius deficit ibi et non potest inveniri, volo ut habeant preter hoc de ramis et frondibus, et residu[u]m carpentariorum et ea omnia que gentes de patria sument per licentiam ad ignem faciendum, vel alia necessaria, et ad domos reficiendum habebunt

de majori bosco per liberationem capto. Volo etiam et precipio ut maneria prefate abbacie de Anglia, scilicet Hunlaumtona, Clafort et Strafella, habeant quietancias et libertates suas de sciris, hundrez et hidagez et dangelz, et pasnagium sibi quietum et manipastui eorum in omnibus forestis meis. In omnibus civitatibus meis, castellis, burgis, mercatis, passagiis, portibus cis mare et ultra, do eis quietanciam et libertatem de passagio, theloneo et omni alia consuetudine. Preter cetera volo et jubeo ut juste habeant fugitivos suos, ubicumque eos invenient, nec aliquis retineat eos nec catalla eorum super forisfactura decem librarum, et similiter habeant nativos suos. Precipio etiam ut peccunia prenominate ecclesie non capiatur in nampnum, nec hominum suorum, pro debito vel forisfacto Hugonis de Mortuo Mari aut heredum ipsius, vel quorumlibet hominum suorum ; et si super hoc capta fuerit pro debito vel forifaceto alicujus illorum, reddatur quieta. Volo itaque et firmiter jubeo ut abbatia Sancti Victoris et monachi Deo in ea servientes omnia supradicta habeant rata et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et pacifice, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, in ecclesiis et terris et decimis, in aquis et molendinis, et in omnibus aliis locis et rebus aliis ad ea pertinentibus, et cum omnibus libertatibus et quietanciis et liberis consuetudinibus suis. Testibus : Radulpho de Wannevilla cancellario, magistro Waltero de Constanciis, Seherio de Quenci, Hugone de Cresseyo, Raginaldo de Pavilleyo.
Apud Juliambonam.